



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

In Funere cujuslibet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

In Funere cujuslibet Fragmentum.

Si meritos nostros nunquam nos speraremus viuros, Smerito affligeremur in eorum morte. Sed dicendum cum Tertull. cap. 9. de Patientia. *Cur doleas si perisse non credis?* Præmittimus illos in quandam civitatem, in quam paulò post sumus secuturi; hic est hospitium, ibi viæ terminus, ad viam hanc semel faciendam ita obligamur ut ad cibum sumendum. Adam refugit sub ficum, hæc arbor symbolum veteribus mortis fuit. Quod verò citius hoc iter aliquis ingrediatur, sic sæpe ut calamitatibus hujus vitæ eripiatur 4. Reg. 22. Josiam **DEUS** mori fecit ne servitutem Israël videret. Augustinum ne Hipponam captam à Vandalis, &c. Etiam gratulari possemus quòd ante mala sit ablati maxime si dum viveret, id perfecit ad quod est natus, cum enim ad præmia recipienda sui laboris abiit, ideo quibusdam morientibus cælum ipsum gratulatum est. Scribit Baron, an 752. Quòd dum Alphonsus Galaciæ Rex cognomento Catholicus, mortuus esset, aër sonuit his vocibus. *Ecce quomodo tollitur justus à facie iniquitatis, & erit in pace memoria ejus.* De aliis dici potest Cant. 2. *Flores apparuerunt in terra nostra, tempus patationis advenit.* Jam fecit in terra pro venerat, flores apparuerunt, odore bonæ famæ omnia complevit, amputetur ut succulus ut in cælo plantetur. Agnovit hoc ille Hispanus Alphonsus Carthæjæ Dux obsessus à Mauris, qui capto ejus filiolo minabantur se illum occisuros nisi Carthæjam dederat; at ille de muris gladium projecit, ut haberent quo illum occiderent, & occiderunt, tum ille mensam instrui mandavit, & assedit. *Patria genuerit am Filium, Patrie reddidi, ad hoc genui ut pro Patria moreretur fecit; non doleo de illius morte.* Hinc fortè originem sumpserunt ornamenta sepul-

chorum, in quibus describitur quid quisque fecerit, ut non frustra vixiss. videatur, quanquam vanitas, & excessus in hac re, merito à S. Chrylost. in Pl. 48. reprehenditur. Quo fuerit splendidus indutus, tanto lautiores mensam vermi praparabis, & sepulchrorum effossoribus ampliores cupiditatem, & in miserum corpus majores insidias. Gloria tua usque ad mortem, imò ne ad mortem quidem; qui enim heri in curru, hodie in catina: qui heri observabatur ab adulatoribus, nunc stipatur à licetoribus: qui unguenta olebat, nunc est respersus sanguine: qui in molli lecto accubebat, in duro sole jacer. Hoc David inquit, non timeas cum homo divus factus fuerit, velut, cum multiplicata fuerit gloria domus ejus. Rectè gloria Domus, ambulacra, fontes, aurum, argentum, equi vestes, non hominis. Hominis enim est gloria virtus. Quare non reprehendit, cum virtutis insignia apponuntur sepulchris, hæc enim superstites ad similia invitant; isti appositus est liber, isti arma, mihi quid? Vide Basil. Orat. de gratis Deo Orandis. Digoum est ut etiam in mundo detur virtuti testimonium post vitam. Ambr. epist. 38. Quid est mundus nisi quidam agone plenus certaminum? Hujus agonis instaurator utique Omnipotens est DEUS; qui igitur agonem suscipit in hoc seculo, nonne omnia prapararat qua agoni sunt necessaria, & tunc athletas vocat, paratis premiorum insulis certaturos ad coronam, ne moram patiantur qui vicerit, sed premio donatus recedat. Hinc Psalm. 114. Bene libi ominatur. Placebo Domino in regione vivorum. Regio mortuorum est mundus. Pl. 38. Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Amb. cum LXX. legit, in hunc Pl. Veteres dies sicut vestis verus continuo consumuntur, sicut dies aliquorum pingves, sicut macæ, ut boves quos vidit per fomium Pharao, & per quos Josephus intellexit annos, utriusque tamen egrediuntur de flumine, utriusque pascuntur in ipsa ripa; de his Ambr. 2. Off. 16. Aquarum nempe impetu anni fluunt, &c.

F I N I S.